Quaerimus gloriam Deo si sibi non Deo mercedem praestolamini. Mercedem non habebitis apud Patrem vestrum. Ad homines pertinet remunerari vobis, cum hominum exultationem, ac suffragium perquiritis. Poterit fortasse Pater caelestis, vobis aliquod temporale munus conferre pro bono, quod in mundo operamini per extrinsecas actiones, quae edificat; opus est, ut intrinsecus quoque bonae sint per intentionem quae animatur. Sed vanitas, quae obrepit in bonum illud, quod facimus, nonne tempore nobis merium auferit? Hoc explicandum est. Vel libido hominibus placendi, in quo vanitas sita est, opus vestrum bonum praecedit, verbi gratia vestram eleemosynam; vel illud concomitatur, vel tandem sublequitur. Si illud sublequitur, meritum vestram in tuto positum est, & suum habet meritum: fit enim cum causa, quae illud Deo efficit gratum; & quae sublequitur vanitas, erratum est ad actione bona profusae sejunctum; & contra cum bonum opus praesentit vanitas, quae etiam illius causa fuit, omne meritum perit; quia tunc non est animatum a causa, quae illum debet sanctificare; & nihil reipsum est aliud, quam opus vanae gloriae. Denique cum vanitas comitatur opus bonum, modo hujus meritum nobis auferit, modo illud nobis relinquit. Auferit, si in actionis decursu taliter fit illius causa, ut propter unicum voluptatem hominibus placendi operemur; relinquit autem boni operis meritum, si illud prosequimur, atque perficimus, unico consilio placendi Deo, quamvis clanculum gaudeamus, homines etiam testes esse facti. Inanis haec oblectatio noxa quidem est, sed non est actionis causa, quam incipimus, in qua perseveramus, & quam absolvimus animo tantum Domino placendi. Timor igitur vanitatis nunquam praeponderare debet necessitati, in qua estis efficiendi, ut ab hominibus videantur opera vestra bona; sufficit resistere huic desiderio hominibus placendi, vel etiam illud negligendi, ut alia aliqua cogitatione occupemini: tunc enim nihil amittetis mercedis illius, quae debita est bono, quod facitis. Nonne arguam est, ut nihil spectetis aliud, quam placere Deo, quandoquidem hic unus est, a quo sperare possitis dignam operibus vestris mercedem! *P. Segneri in Meditationibus.*

Opera iustorum illos sequuntur post mortem. *Prov. 31.*

Opera Sanctorum enim triumpus eorum.

Apoc. 14.

Quid requiritur Deo in bonis operibus nostris, ut in fine perferat.

Vult Deus ut videamus obsequere officio, ut efficiantur.

Iustorum opera illos post mortem sequuntur; & nihil esse sequitur praeter opera: bona igitur opera sola sunt vera vite bona. Opera iustorum sequuntur illos post mortem. Quinam gloriosius triumphus hoc anima sanctorum, stant de corpore egredientem opera sua in Coelum, stant in aeternum cum Angelis confociandam? *P. Segneri Tom. 3. Meditatio.*

Via magis compendiosa, quae ad Sanctitatis apicem pervenire possimus, est Deum querere in operibus nostris, eamque in suis celebrare. Deum laudare, & non diligere, esse hypocritis, & amor, qui ad eum laudandum nos minime induceret, suspicione non careret. Hac de causa Propheta utrumque connectit. & amor exquiris in nobis agendi ratione erga Deum, & laudes in ea, quae nobiscum Deus operatur. Tota vita nostra in duplici hoc cardine vertitur: in eo, quod faciendum aggredimur propter Deum, & in eo, quod Deus vult facere de nobis. Potissimum cupit, ut illum in operibus nostris diligamus, & vult, semper fe a nobis laudari in operibus suis. Nonne his opposita facimus? Nostra obentes officia, nonne querimus potius nobismetipsos satisficere, quam unice Deo nostro placere? Quin probemus, & laudemus sapientiam providentiae suae, quae omnia ad majus bonum disponit, umquamne dolemus ob illa, quae praecipit? Quid mirum tunc est, si in statu nostro nobis contingere naqueit, ut sancti fiamus? Culpa non statui nostro, sed nobismetipsis est tribuenda. Deus contentus erit nostri, si amor omnia opera nostra bona animadvertit, si illi ob ea, quae facit, benedixerimus. Queram Deum in omnibus, benedicam illi ob omnia, eamque laudabo. Quidquid agam, ut illi placeam; & quidquid ipsi placeat facere in me, vel de me, erit laudum mearum argumentum. Querere Deum in operibus meis, illum in suis omnibus laudare, nexus est duplicis hujusmodi, quod me sanctum efficiet, in quo autem situm est, utrumque obeam. Nihil magis est in mea potestate, juvante Deo, quam duo haec munera adimplere eo in statu, in quo sum; mea igitur culpa est si sanctus non sum. *P. Segneri in Meditationibus.*

Ecce externa opera bona Deo gloriam procurant, si sibi non Deo mercedem praestolamini. Mercedem non habebitis apud Patrem vestrum. Ad homines pertinet remunerari vobis, cum hominum exultationem, ac suffragium perquiritis. Poterit fortasse Pater caelestis, vobis aliquod temporale munus conferre pro bono, quod in mundo operamini per extrinsecas actiones, quae edificat; opus est, ut intrinsecus quoque bonae sint per intentionem quae animatur. Sed vanitas, quae obrepit in bonum illud, quod facimus, nonne tempore nobis merium auferit? Hoc explicandum est. Vel libido hominibus placendi, in quo vanitas sita est, opus vestrum bonum praecedit, verbi gratia vestram eleemosynam; vel illud concomitatur, vel tandem sublequitur. Si illud sublequitur, meritum vestram in tuto positum est, & suum habet meritum: fit enim cum causa, quae illud Deo efficit gratum; & quae sublequitur vanitas, erratum est ad actione bona profusae sejunctum; & contra cum bonum opus praesentit vanitas, quae etiam illius causa fuit, omne meritum perit; quia tunc non est animatum a causa, quae illum debet sanctificare; & nihil reipsum est aliud, quam opus vanae gloriae. Denique cum vanitas comitatur opus bonum, modo hujus meritum nobis auferit, modo illud nobis relinquit. Auferit, si in actionis decursu taliter fit illius causa, ut propter unicum voluptatem hominibus placendi operemur; relinquit autem boni operis meritum, si illud prosequimur, atque perficimus, unico consilio placendi Deo, quamvis clanculum gaudeamus, homines etiam testes esse facti. Inanis haec oblectatio noxa quidem est, sed non est actionis causa, quam incipimus, in qua perseveramus, & quam absolvimus animo tantum Domino placendi. Timor igitur vanitatis nunquam praeponderare debet necessitati, in qua estis efficiendi, ut ab hominibus videantur opera vestra bona; sufficit resistere huic desiderio hominibus placendi, vel etiam illud negligendi, ut alia aliqua cogitatione occupemini: tunc enim nihil amittetis mercedis illius, quae debita est bono, quod facitis. Nonne arguam est, ut nihil spectetis aliud, quam placere Deo, quandoquidem hic unus est, a quo sperare possitis dignam operibus vestris mercedem! *P. Segneri in Meditationibus.*

Verum est, Domine, non desse quasdam virtutis actiones, quibus par mundus non est, ac te servis tuis hac mente injicere, ut illas mortalium oculis aufferat: sed essentialia status eorum officia vis ab illis coram omnibus ferventer, & constanter repleri, & tuae interest gloriae, ut hoc ab omnibus videatur. *Houdry Bibl. Tom. III.*

Aequum est, Domine, ut haec tibi gloria deferatur, eo quod efficere dignaris, ut tua mihi opem ferente gratia bona opera faciam; & haec illa una est, quam mihi tamquam omnium operum mercedem finem volo proponere. Errarent homines, si me laudibus cumulare ob ea bona, quae a me fieri viderent; tibi, Domine, tunc laudes sunt deferenda; sed ego quoque vehementer errarem, si bene operatus ab hominibus laudari vellem. Simul ac inane hominum approbationem inquirerem, tui mihi esset abrenuntiandum; inane tantum mihi superfluum phantasma virtutis; & satis amplam retulisset mercedem ex ineptis laudibus, quas tamquam operum meorum fructum mihi proposuisset. Posses etiam haurire gloriam tuam ex bono, quod extrinsecus facerem; sed nisi mihi deberes, quod illud fecissem, non enim propter te fecissem illud. *P. Segneri in Meditationibus.*

Non desunt insecta, quae saluberrimarum plantarum succum in teterrimum virus convertant; nec desunt homines, qui in erroris venenum saluberrimas commutant veritates. Abutuntur praecipue his Jesu Christi verbis, *sive me nihil posse facere*; tribuentes ita gratia opera nostra bona, ut in nullam eorum partem nostra libertas accedat. Tenuis haec esset Salvatoris gloria, quod gratia sua in nobis operaretur omnia, quin ipsi aliquid ad eam nostra electione conferremus; sed longe major illi gloria cedit, cum nobis praebrat facultatem concurrentem, atque, quantum in nobis est, cooperandi ad opera bona faciendi. Quapropter ait: *Qui manet in me, & ego in eo, hic ferit fructum multum.* Non dicit, Palmites non ferre fructus; negat solum, desse illis vim, ut per te tantum fructus ferre valeant: *Sicut palmes non posse ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis.* Licet vitis sit causa potissimum, cui vasa accepta ferunt; ferunt etiam accepta palmitibus, qui eadem onuli sunt: ita licet Deus praecipuus sit Auctor operum bonorum nostrorum, haec non ideo minus vera sunt opera nostra; nostra sunt, quantumvis praecipue sint gratia. *Dicit et de fructu manuum suarum, Prov. 31. laudent eum in portis opera ejus. P. Segneri in Meditationibus.*

Homines misericordes non illi tantum sunt, qui repleta misericordia operantur; sed illi etiam qui cum omnino illa nequeant exercere, cupiunt saltem sibi dari facultatem illa excedendi. Ita Jesus Christus non dicit: Beati qui unum misericordiam, sed *beati misericordes*; ne quis ab adeo excellenti beatitudine excludatur. Profecto misericordiam sinceram voluntas est proximo in necessitate posito opem ferendi. Qui igitur quibusdam in occasione opem ferre non potest, sincere cupit hoc facere, si possit; jam misericors est. Elio misericors eo modo, quo poteris, ajbat filio suo Tobias. Si multa tibi sunt bona, multum eroga; si pauca, parum illud, quod tribuis, hilari corde tribue. Hoc enim pacto magnum congeres thesaurum, magnanque in dies necessitatis, mercedem. *P. Segneri in Meditationibus.*

Ita quicumque exercere potest misericordiam, neque illam exercet, misericors non est; misericordia quippe, cum non deest ejusdem exercenda facultas, non debet in mera miserationis sensu contineri. *Sifraer, & seror nudi sunt, & indigeant vultu quotidiano; dico autem aliqui ex vobis illis. Ite in pace, calosfacimini, & saturamini: non dederitis autem eis, quae necessaria sunt corpori, quid proderit? Hinc Regius Propheta Dominum saepe vocat Deum misericordem simul, & miserantem: Miserator, & misericors, nihil enim prodest nobis si ille quidem malorum nostrorum miseretur; sed nullam nobis opem afferret. *Idem.**

Ut autem misericordiam eo in gradu exerceamus, qui eam dignam efficiat nomine beatitudinis, haec eroga omnes sine exceptione excedenda est, pro necessitatibus omnibus, nulla dempta, & qualibet in occasione sine ulla spe. *Cum facis caritativum, voca pauperem, debiles, claudos, & caecos; & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Itane misericors es? Qui deberes fratribus tuis in spiritualibus ipsis necessitatibus opulari: Qui saltem eorum egestatis, ac vitiorum misereri deberes; nonne immo omni doloris sensu careres? Numquamne accidit tibi, ut contemptam, ac contumeliam adderes servitae tuae? *P. Segneri in Meditationibus. Tom. 5.**

Disiuit Scriptura promissionibus, ac remunerationibus pro illis, qui se iisdem dignos praebuerint, eaque bonis operibus in gratia statu editis sibi fuerint promeriti. Quidam haereticis non negant quidem, iis delictari penas aeternas, quas sceleribus suis merebuntur: Cur vero cum Romana non consentit Ecclesia, merita bonorum operum, quae proficiuntur ex gratia, eadem

Opera nostra bona ita sunt quae gratia ut nostra libertas minime sit experti illorum.

Joan. 15.

Quinam vero cari possunt misericordes.

Qui misericordiam exercere possunt, & non exercentur sine exceptione misericordes.

Ut quis vere misericors sit, debet erga omnes sine exceptione.

Gravissimum novatorum est error credere opera bona non esse ad salutem necessitata.

animante, atque concomitante, efficiant etiam, ut gloriam promerentur? Dicuntur, hoc premium quod illis in Caelo dat Deus, mere gratitum esse: quod & ipsa tenet Ecclesia Catholica; Deus quippe in hoc sua tantum dona coronat, & gratia, que animat opera bona, eaque concomitantur, & mensura est Appendii Beatorum in Caelo. Quare igitur non placet illas, a Romanis gratitum appellari bonorum operum meritum; ab illis dicitur hoc merito pendere a gratia cum in radice, & fundamento, tum in virtute, atque mensura? Nulla major est contradictio inter meritum gratitum, gratitumque mercedem; nisi fortasse velint manifestam esse oppositionem inter mercedem, & meritum. Gratia meritum constituit; gratia eadem remunerat meritum. Ubique, & in omnibus gratia est. Per Deigratiam facimus quodcumque facimus, minimum etiam opus bonum; & Deus ita bonus est, ut velit dona sua esse merita nostra. S. Augustinus ait, cum nihil melius nostrum esse possit, quam quod donationis titulo possidemus. Verbo: consentiant omnes, opera nostra hodie adeo accepta esse Deo, ut gratia Spiritus Sancti in nobis, & per nos operetur: eiusque tribuat premium aeternae beatitudinis. Hoc gratitum appellat Romani; hoc Protestantiae gratitum mercedem vocant. Quis non videt, istuc non de re, sed da nomine tantum quationem haberi? De ratione iterum Protestantium cum Romana Ecclesia conjungendi a Bellarmino Episcopo proposita.

Miseri cordia proprie loquendo est animi motus, quo alienis malis dolemus, ac vividum atque ardens desiderium operi illis ferendi. Misericordiam tantum ubi alios pati videmus, quum illis cupiamus optulari, non est Christiana virtus; motus est naturalis, animae compatiens argumentum, qui in plerisque hominibus in sensu subsistit. Moverunt illi objectis, & sanctum hanc naturae negare non possunt. Pro operibus misericordiae moralis hujus virtutis effectus intelliguntur, quae, ut Dei Filius ait, esse debet Fidelium omnium caracter, & quae in hoc sita est, ut proximum diligamus, quem admodum nosmetipsos diligimus, eumque opibus nostris, consiliis, omnique auxiliorum genere juvemus, quia ipsi vel per nos, vel per alios in qualibet necessitate procurare valeamus. Hi sunt fructus purae, tenerae, benignae, & efficaci charitatis, quae non in verbis tantum sita est, vel in scriptis, sed in operibus celeriter factis, constantibus, atque ardentibus; ita ut nulla major in terris voluptas inveniantur, quam illis benefaciendi, qui eorum omnium indigent, & praesertim in consolandis morientibus, & sine ulla exceptione pro virili parte juvandi his omnibus, qui gratia vi necessitate premuntur. Hinc Recens quidam auctor asserit, proprie loquendo Christianum hominem ignem esse, igne nutritum, ignemque spiritantem. Hic autem ignis ille est, quem Dei Filius attulit in terras, & quo omnia hominum corda succendi, & inflammari desiderat. Ignem venit mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendantur? Nulla in sanctis omnibus virtus est hac frequentior? Nulla in sanctis omnibus ingenita est anime vere Christianae. Quae solidam habet pietatem, quae Deum vere diligit, tanta voluptate perfringit liberaliter effundens in pauperum suorum elemosinas, arumofinis opem ferens, eos, qui misere afficiuntur, invisens, ut dicere, opera bona feruntur ferre stipendia sua, ac efficere, ut, qui haec agunt, tot interioribus gaudiis afficiantur, quot ipsi parant in his, quibus optulatur. Haec proculdubio quaedam est beatitudinis illius praesagium, quam Filius Dei hominibus in omnem charitatem effusus pollicetur, cum dicit in Evangelio: *Concupulum accipietis, & vitam aeternam possidebitis.* P. Croiset in *Assestis Exortationibus*, Tom. 5, & *Retenci quidam*.

Quenam sunt deliciae summum afferentes solatium illa, quas in hora mortis percipiunt illi, qui charitate in egenos incensum propter opera sua bona percipiunt? Dicere possumus nihil tantum morientem afferere solatium, quam suavem operum bonorum suorum recordationem. Mortis terrores dissipantur sola imagine insignium elemosinarum in vita erogatarum. Quid tunc dulcius memoria illorum agrotantium, quos toties in xenodochiis invisimus? Pauperum pudibundorum, quorum vitam elemosynis proximus? Captivorum in compediibus languentium, quorum curam gestimus, & quorum tanquam patroni, advocati, ac patres sumus? Omnium denique calamitosorum, quorum quodammodo Salvatores possumus nuncupari? Religionis actus, quicumque tandem sint, magna quidem sunt consolatio in mortis articulo; usus Sacramentorum, pietatis exercitationes, preces; haec omnia consolantur quidem, non tamen certitudinem afferant. Si quid tunc certius potest efficere, ne illa quidem sunt opera misericordiae cum pura, & supernaturali

intentione facta; sed quotusquisque hodierna die reperitur, cui de pretio, & merito bonorum operum sit persuasum! Pater Croiset, in *Assestis Exortationibus* Tom. 5.

Mellis semper satiori respondet. Agricola, qui ma-lum semen effudit, lolium tantummodo metet: *Quae fo-minaverit homo, haec & metet.* Cum facinus opera tenebrarum, nonnisi corruptionem metere possumus. In spiritu feminavimus, hoc est, secundum Dei spiritum vivimus? vitam aeternam metemus. Igitur opera bona facientes, ne nosmet relaxemus; ita enim agentes tempore suo mellem recipiamus. In hac mortali vita metimus pro aeternitate, & non nisi post vite finem metimus. Dum vivimus, fecimusque opera tenebrarum? Secutine sumus carnis desideria, viximusque secundum mundi spiritum? Mellis nostra erit, infiniti dolores, aeterna salamitas. Operante sumus spiritu? Integram, scelerisque puram vitam duximus, vitam innocuam, mortificatam, Christianam translegimus? Mellis erit aeterna felicitas, aeterna quippe vita illis est destinata, qui constantem bonum facientes ad veram gloriam, ad honorem solidum, ad immortalitatem adspiciant. Dum igitur tempus habemus, & illud in nostra potestate est facultate, operemur bonum; quod pro viribus efficere possumus. Incessanter impendamus in operibus bonis tempus nostrae peregrinationis. In exitu dierum nostrorum, non erit amplius tempus; & nisi in praesentiarum, cum possumus, bonum operamur? Mellis nostra erit, infiniti dolores, desideria Dei gratia sumente, ad hujus exilium finem, desideria nostra erunt yana, inutilia, ac sterilia. Modo igitur incipiamus bona opera exercere, & omnibus benefacere, non solum egenis opem ferentes, sed per bona exempla fratres nostros adhaerentes; haec est omnium obligatio, & nemo ab hoc potest dispensari. P. Croiset *ibidem*.

Cum gloria, quam praeparat Deus electis suis, sit bonum aeternum, acquirimusque omni aeternitate operari ob illam acquirendam, ac acquiescentibus laboribus pro opera nostra bona promerendam. Tamen iniusti iudices illius boni, quod nullam finem habiturum est, aliquot diebus nosmet laboribus exercemus hac mente, ut illud obtineremus, neque cessamus conqueri de emptione, ut ita dicam, quae tantulo nobis haerit pretio, & quae tantum nobis attulit utilitatem. *Quia sempiterna requiritur est opera pretium.* S. Augustinus in *Psalm. 93*, ait, Si Deus velit nobis dimittere desideria, motus, aeternitatis anxietates, ut ad gloriam adeo sublimem perveniamus; non ideo dimittit, quos caelum tanto pretio comparari mereatur; sed nos adducere velit in statum illius possidendi contentus paucis operibus bonis vite brevis, & perisitoriae. Labor, qui nullum habet finem, nullam habere potest mercedem, sed tamen labori diuturnitas, si fieri possit, durationem ejus exagare debet; & nihilominus Deus cum summo bonitatis excessu dignatur pro paucissimis operibus bonis, nos infiniti boni participes facere. Sed o nos ignavos, & miseros! Ex nobis nonnisi terrena exaudientur querelae de difficultatibus perveniendi per adeo facilem viam ad hujus boni perfectionem. Tandem vero, si gloriae corona aliquid est adeo pretiosum, nonne aequum est, ut paucorum dierum operibus nosmet eadem dignos prebeamus? Si Caelum infiniti est pretii, nonne laborandum, vigilandum, suscipiendum sine intermissione est, ut illud obtineamus? Si haec immensa hereditas est, quid aequum esse potest, quam omnem conatum, ac industriam impendere, ut illam tanquam digni heredes consequamur? Pater la Pesse, Tom. 1.

Nil potest agere, Sanctus Ambrosius inquit, nisi quaeratur, ut operetur. Sed heu! quantum vilitatis, quantum cupiditatis, quantum libidinis & amoris proprii invenitur in his motibus, qui satis frequentem ipsam virtutem consumunt. Fallimur; per libidinem, atque temperamentum agimus; in otio languemus tunc etiam, cum propter caelum nos agere nobis blandimur. Si sanctissima quoque actiones patent tot illationibus, ac vitis, quanti nobis facienda est haec officia, haec lenitas, haec moderatio, omniaque haec officia, quae mundi commercium a nobis requirit? Mere naturalis honestas potest omnium earum pretium exagare. Christiana Religio quam profitemur, & victus aliquid a nobis requirit subtilis, spiritualis, difficilis, & sancti verum non nosmet facillime negotium, & rem nimis late patentem, nihilque difficilium arripimus: sicuti majori indigenum vigilantia, & cura in intentionibus nostris examinandis, hoc levi manu adfectamus praetermittere; hoc est, vere loquendo non admodum laboramus, ut placeamus Deo, ac parum extimemus, ne illi placeamus. P. la Pesse, Tom. 5.

Sine ulla intermissione bona opera facere debemus. ad Gal. 3.

Quam iniusta sint quaerita nostra, qui Caelum lucrari nihil faciedo.

Christiana virtus sublimis aliquid postulat, quae mundi hujus officia. In Psal. 27.

Actioes ipse que infirmos videtur non minime fieri potest.

Bonorum operum necessitate ex s. Job exemplo dicitur posse postulari.

Exercenda nobis sunt corporalia charitativa opera, & spiritualia erga divites.

Lac. 20.

Ut Christiani vivamus, pro vitiis exercere debemus omnia genera operum bonorum.

Cum Religio, quam profitemur, sit infinite sublimis, magnum aliquid exigit a nobis. Opera abjecta Christianum, Deique famulum dedecent. Hoc illud est quod mundi principes, saeculique sectatores nequeunt intelligere. Omnia bonae facta, quae diem componunt, visitationes, colloquia, negotia, ipsa etiam solatia; haec omnia illud postulant meritum constitutere, cujus merces Caelum futurum est, si propter Deum facta fuerint. licet illa necessario nexu sit cum urbana vita conjuncta; sed multo magis actiones sanctae, actionesque parum considerabiles, quae hominibus abjecte videntur, nonne erant quietis, latitudinis argumentum? *Quid tam vile, quid tam terrenum, quam frangere panem esurienti? Tantum valet regnum caelorum, inquit S. Augustinus. Fideles quidem ignorant, ambitionis artes; non quaerunt prodire, ac praeter ceteris emittentere; immunes sunt ab hac inexplicabili aviditate thesauris thesauros accumulandi; horrent invidia, & male fidei dolos; sed non per haec tantum Deo place-re contendunt, sed bonis operibus caelum lucrari conantur, quod nobis propostum est in premium eorum omnium, quae propter Deum operati fuerimus. Idem.* Sanctus vir Job de saepo dicebat, misericordiam fecim proficere ex utero matris suae, ac deinceps cum ipso crevisse. Mater narrans effectus, quos in illo repererat, addit... *Pater eras pauperum: & causam, quam nesciam, diligentissime investigabam &c.* ubi declarat, se non satis esse putantem, si egenis ferret opem, si illos induceret, atque aleret, consiliis quoque suis illos iudicaret: quod illa vera significat, *oculis sui caecus, & per caecum*, & praeterea illos tuebatur ab opprobriis se, convellens ut ita dicam injustis raptibus praedam, quam jam facibus tenebant, & jamjam erant voraturi. Et Sancti hujus Patriarchae verbis intelligere possumus, quae nos bonorum operum necessitas urget. Quod spectat ad horum bonorum operum meritum, concitare possumus quantum sit ex magnificis promissionibus, quos in Scripturis si facit, qui eadem exercet. Afferit Sapiens eum, qui pauperis miseretur, nonquam pauperem futurum, & ei nil unquam deturum. Bonis operibus idem accidit. S. Basilus inquit, quod puto, cujus aequae eo meliores, & copiosiores sunt, quo plures inde hauriantur; quae, si inde haurire cesses, decrevant, & corruptuntur. Quod nobis palam ostendit necessitatem bona opera faciendi, si communem evitare cupimus corruptionem eorum, qui nihil boni operantur. Cardinalis Bellarminus de gemitu Columbae.

Tanta necessitas est charitatis erga proximum exercere, tanta utilitas est nosmet ad illam excitare, sepe nimis reputare mala, quae sine ope illa Jesu Christi membra patiuntur: ut Sacrae Scripturae vultu aliud non nisi fuisse videntur, praeter sanctam hanc consuetudinem: eo usque, ut Salvator ipse duntaxat ex bonorum operum omissione causam reprobos damandi desumere videretur. Sed non minus miseremur divitem crudelium, & avarorum, si terribilia insperemus supplicia, quae Deus illis minatur. Erga pauperes potissimum exercenda sunt corporalia opera misericordiae; sed erga divites, salutaria opera misericordiae, servanda precibus. Illis enim applicari potest, quod Salvator de S. Martha dicebat: Inquieti sunt, ac turbantur erga plurima. Profecto tot rebus sese impediunt, ut vix illis superesse momentum, quo vel legant, vel audiant, vel meditentur ea, quae ad salutem suam, aeternaque pertinent beatitatem. Reipse de quampurimis dici potest, quod quum bona opera exerceret, omnes industriae suae viris collocat in bonis suis tuendis, augendisque, quin praxis operum misericordiae illis negotium facessat. Mundi factatores id agunt, quod de semet inquit Sapiens, diligenter scrutantur ades suas, hortos, praedia, villas; sed non itidem considerant, ac ille, qui postquam haec omnia, & singula consideraverat, intellexit ea esse inutilia, cum nihil sit stabile super terram. Cardinalis Bellarminus de gemitu Columbae.

Anime vere Christianae proprium est quovis modo bona opera exercere. Hinc non sufficit corporalia tantum misericordiae opera facere: spiritualia quoque facit, quae magno cum fructu sunt, praesertim vero apud divites, qui proprio veluti consilio traditi praeter ceteris, ut ita dicam, hoc bonorum operum genere indigent. Quod spectat ad consilium egentibus dandum: vera charitas poscit, ut ne assentem principibus viris, & saeculi divitibus, ne illis queramus dicere blandam, & jucundam, & ne illis unquam diffimulemus veritatem. Nam fortasse nihil illis magis necessarium esse potest, fideli consilio, qui audacter, & non hesitante dicat, quod illis sciendum est, & qui de Principum virorum gratia non admodum labore, modo Dei

gratiam tueatur. Paucissimi quidem inveniuntur qui velint summis vicis salutaria praebere consilia; verumtamen id tantum genus operum misericordiae cum his possunt exerceri. Pauper enim cum vulgo magis temporibus urgetur necessitatibus, ac pluribus indiget ad familiam alendam, parum attendit bonis consiliis, & spiritualibus operibus, quae secum exerceant; sed dives in rerum affluentia vivens, nulla re sibi deficiente his magis eget, quam rebus illis quibuscumque.

Ex Operibus Spiritualibus Bellarmini, & a Ponte. Quid offeremus Deo ab eodem imperatrici partem quam Electis in Regno suo praeparavit, si nulla opera bona exercuerimus. Semper in delitiis, & in mundi tumultu, quid facere possumus, & quid facimus, unde intelligi valeat, quam legem sequamur? Nisi quantum in nobis est proximo subvenimus, nisi viduis opem non fecimus, nisi pupillis tuemur, nisi pauperibus laborantibus egestate auxilio sumus; quam et impudentia nostra, vellet, ut Deus nobis gloriae suae sedem aperiat, quin ne gressum quidem moverimus ad illam obtinendam? Mundi factatores, qui dies vestros inutiliter teritis in voluptatibus, delitiisque, quin de tutore laboratis; qui nullo in discrimine habetis salutem vestram, unquam animum ad tanti momenti rem advertitis? Vel sine Religione illa vivitis, vel si quae illius est vobis ratio, fatendum vobis est, certissimum argumentum, quo probare possitis, vos sequi Evangelium, esse praxim eorum operum, quae a Dei Filio ejusdem auctore praescripta sunt. Si respiciatis opes, voluptates, honores tanquam summum vestrum bonum, omnia Religionis vestrae negligentis officia; metuendum est vobis, immo certum est etiam, bonum hoc, quod summam vobis videtur, aliquando summam vestram calamitatem esse futurum. Auctor Recens.

Quenam nostra stultitia est! Quae caecitas! Nati sumus, ut aeternum effemus beati, ut in deliciis affluentis loco viveremus, ubi aurum, atque argentum nulli sunt utilitati, nulli subsidio, & ubi universus thesaurus noster erit meritum bonorum operum nostrorum; & nihilominus adeo caeci sumus, ut perituros duntaxat divitiis congerendis, bonis, quae hinc auferre non licet, thesauris, quos furas effodiamus, & quos certissime nobis mors est ablatura, operum damus. Sed ita negligimus bona opera facere, congerere thesauros, quos auro corumpere, ac tinea vorare non possunt; ut videamur in omnem aeternitatem victuri, vel persuasum esse animas nostras aequae ac corpora nostra esse morturos. Cardinalis Bellarminus de gemitu Columbae.

Nihil mihi reliquum est, inquit Apostolus, nisi ut repositam mihi praeterea iustitiam coronam. De religio repositum est mihi corona iustitiae. Hoc illam appellat nomine, futura est enim merces iustitiae, atque virtutis, & illi tribuenda est tanquam laborum suorum pretium. Quod non prohibet, quo minus filice coronae misericordiae; nam iuxta Ecclesiae Catholicae doctrinam, cui Sanctus Augustinus se subicit, Deus nostra coronans merita, nostra quoque dona coronat. Sancti mereantur caelum, quod illis debetur vi promissionum Dei. Mereri quippe nil aliud est, quam ea opera facere, quibus Deus gloriam suam vultu possidet. Sed quia sunt acta, quae nobis merito veri non possunt nisi ope ejus gratiae, quae meris illius misericordiae est effectus: gloria illius debita actionibus, quae eandem promerita sunt, est corona misericordiae simul, ac iustitiae. *Tourneux in Anno Christiano*, Tomo 9.

Quid fit de arbore nullus fructus bonos ferente. Salvator ait? *Excidetur, & in ignem mittetur.* Dei Filius hoc in loco non loquitur de arbore sterili, sed ferente quidem fructum, ad malos. Terribilia lectio illis, qui in speciebus quidem bonis, & terribilia infelix asperos tantum, & mali saporis fructus signant: fructus corruptos, quibus pravos ob causas deest puritas intentionis. *Viri doctissimi*: in speciebus quidem divites, sed qui hora mortis nihil inveniunt in manibus suis. Homines zelotes, qui audaces ita erant, ut dicerent: *Domine, Domine, nonne in nomine tuo propheta sumus? Et in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Quibus tamen Dei Filius responsum est: *Quis nunquam novit vos?* Receditis a me; nescio vos. Afferat opera vestra bona si fuerit fructus cordis corrupti ab iniquitatibus vestris, & amore proprio. Arbor mala fructus quidem ferre potest, sed boni esse non possunt. Pater Croiset in *Exercit. Affectuum Tomo quibus*.

Verum est nullam adesse inter opera bona, & premium proportionem; verum hoc non prohibet, quominus cum Deus summa dignatione pollicetur fructu, se vitam aeternam illis daturum qui illius mandata observaverint, illam mereatur, qui servat haec, & Deus ipse

Fructus ad Sandoriam gloriam conserimus nisi opera bona exerceamus.

Bona opera sunt thesaurus illi, in quo confidere possumus pro vita futura.

Deus opera nostra bona coronans, sua dona coronat.

Ut opera nostra sint bona, cum recta intentione facienda sunt.

Cum neque bona opera exercere possunt nisi per Dei gratiam, illi cum non remunerantur sua dona coronant.

Quodam prole fit in incipiam misericordiam, & quid hoc nomine intelligat Evangelium.

Lac. 13.

Math. 16.

Opera bona quorundam asserunt mortibus consolationem.

ipse illam debeat suæ promissioni, cum illis sit fidem prestare suis pollicitationibus. Iusta igitur merces est vita æterna; atque Sanctus Paulus eam vocat gratiam, illique comparat donis, que olim ab Imperatoribus tribuebantur militibus; qui bene pugnaverant; & que præter stipendia illis erogabantur. Perfecto gratia est, quia opera bona, que illam merentur, sunt effectus gratiæ, & mera Dei misericordie coronantis dona sua, D. Augustinus ait, dum nostra merita coronat. Debet ille procul dubio bonis operibus nostris vitam æternam, & hoc in sensu merces est, vel, ut a Sancto Paulo vocatur, corona justitiæ. Non debet vero gratiam, que cum nos ex peccatoribus iustos fecerit, est principium, & fons omnium operum bonorum. Omnes via illius, inquit Scriptura, sunt misericordia, & justitia. Miseretur, Sanctus Augustinus ait, cum peccatorem convertit, justitiam exerceat, cum punit; exercet vero simul justitiam, & misericordiam, cum vitam æternam largitur; justitiam quidem, quia remunerat opera, que illam merita sunt; misericordiam vero, quia hæc opera per gratiam suam facta sunt. *Tournæus in Meditationibus.*

Mentis elevatio in Deum ad petendum donum misericordie.

Non ita, Domine, licet omni sensu carerem, videntis tot miserum ærumam, & necessitates, non tamen carerem videns præmium, quod illis ferens opem mereri possim. Justitia mei non habet in me adeo legitima jura, ut libenter de illis decedere minime velis in gratiam subsidii illius, quod fratribus meis ipse contulero. De qua enim re mandam judicaturus es, Domine, terribili ultionum tuarum die? Nonne videntur eloquia, ac premia tua pro illis tantum, qui fuerint misericordes, futura; probræ vero, & pœnæ illis, qui misericordiam non exseruerint? Possim igitur, Domine, examinare justitiam tuam pauperibus opem ferendo. Absista, ac fragilis bona, que hæc in usum confecto, certum me facient bonorum præstantissimum atque æternorum. Sancte Spiritus, mihi consilii donum comunica, ut in felici hæc permutatione faciendâ non dubitem. *Pater Segursi in Meditationibus.*

Dei Filius dicit in Evangelio: *Si oculus tuus simplex est: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus æqualis fuerit: totum corpus tuum erit tenebrosissimum.* Sanctus Augustinus dicit, oculi nomine hoc in loco intelligendum est intentionem, corporis autem loco, varias hominis actiones esse intelligendas. Cum facta est intentio, puritas intentionis sese effundit ubique in totam actionis puritas: cum vero mala, actio consequenter semper mala est, & nequam. Intentio pura rectificare nequit actionem, que per se mala est. Intentio pura generat sanctificat actiones omnes, modo illa excipiantur, que per se noxiæ sunt. Cum intentione prava, nulla fieri potest actio bona. Ita videmus in Evangelio, omnes Pharisæorum actiones noxiæ fuisse, quia malum habebant finem, pravamque intentionem; namque per invidiam, inanemque gloriam operabantur; quod illis exprobrabat Dei Filius, cum dicebat illis, eos omnia facere consuevisse, ut ab hominibus viderentur. *Lambertus in Anno suo Christiano. Tomo 7.*

Intentio mala sanctissimas actiones corrumpit.

Intentio mala simpliciter sanctissimas quaslibet actiones corrumpit. Quid sanctius, exempli gratia, quam elemosinam erogare? Tamen si elemosinam facias ad ostentationem, nil præterea requiritur ad actionem tuam corrumpendam, & ex optima que erat, maxime noxiâ efficiendam. Hypocrite elemosinam erogant, ut in honore habeantur ab hominibus: hic malus est finis; eorum igitur elemosina Deo accepta esse non potest, & jam mercedem suam asseculi sunt. Oratio una est ex obligationibus divinæ majestatis maxime iudicandis; sed ne quid de voto merito amittat, opus est, ut illam offerens rectam habeat intentionem; alioquin esset criminosa, & Deum potius irritaret, quam ad infinita illius bonitate gratias acquireret. Quod nonne ipse mundi Salvator aperte nos docet in Evangelio, cum singulis nostram ait: cum oratis, nolite hypocritas imitari, qui stant in Synagoga, ad complitis, ut ab hominibus videantur. Hoc est maledictum virus illud, quod totam hypocritæ orationem corrumpit, efficitque, ut ille totius meriti sacturam patitur. *Ibidem.*

quod sæculi bona nequaquam in ipsos ea, quam cupiunt, affluentia effundat. 2. Alii minus iustis in votis, sed magis iniusti in questu Dominum instigant, quod indigentibus gratiam denegat, eosque sine viribus in tentatione relinquit. 3. Alii denique de Redemptore querunt, quod in ipsorum potestate finalem perseverantur, ac prædestinationis signum collocare noluerit. Præterea, que res est vulgi, altera flagitiosorum, & hæreticorum quorundam, tertia vero nonnullarum piarum, eorum quorundam, que timor iudiciorum Dei terret. In hac animarum, quas timor iudiciorum Dei terret, & in ingratum parte detegenda est horum questuum vanitas, & ingratum, ostendendum orationem, ut opus est, instituitur, atque necessariis conditionibus consociataeque potestatem esse ad temporis huius necessariam obtinendam, & ad validiorem in tentatione gratiam consequendam, & ad finalem perseverantiam certam faciendam. Hinc satis finale perque suppetet copse ad primæ partis tractationem.

Præ altera. Impugnanda est eorum negligentia, quo pietatis defectus ab oratione repellit, atque ostendendum hanc esse necessariam; quomobrem necessitas ista ad duo redigi potest: 1. hæc est necessaria ad salutem viam: 2. hæc est positivum Jesu Christi præceptum. Necessitas est orare, quia sine oratione nulla salus; necesse item est, quia orationem negligere, est non obedire præcepto, quod nobis Deus filius imposuit.

Probandum est igitur primum, orationem necessariam esse necessitate mediâ, ut inquit Theologi; qua in re unanimes est Patrum omnium sententia, ut hoc in dubium revocare sit nefas. Sanctus Hieronymus in Epist. ad Cresc. inter cæteros argumentationem addidit auctoritatibus, cum ostendit, orationem ejusdem esse necessitatis, ac gratiam. De fide est, inquit ille, gratiam esse ad salutem necessariam; hinc igitur sequi debet, orationem quoque esse necessariam, quandoquidem oratio quoad æternitatem nominis ad gratiam impetrandam instituta est. Sancti Hieronymi principia a Pelagianis minime oppugnabatur; neque enim, ait ille, eo demeritis processerant, ut Jesu Christi oracula de orationis necessitate negarent, que cum veritas confitit, multo magis altera hæc debet constare, sine oratione nos nequaquam impetraturos quædam gratias, que necessariae sunt, ut validis tentationibus resistamus, ut præcepta quadam difficillima adimpleamus; unde illa oritur omnium Theologorum opinio, si minus semper immediatas habeamus gratias, ut convertamur, nunquam tamen nobis orationis gratiam ad illas obtinendas desisse. Ostendi quoque potest illius necessitas ad religionis actus eliciendos, sine quibus adulti salutem suam operari non possunt.

2. Non satis est dicere, orationem necessariam esse ad salutem viam; addendum etiam est, hoc esse præceptum necessario adimpleandum; quod probari potest verbis Domini, qui positive, & explicitè hoc inquit: *Operes semper orare.* Luca 18. Hoc autem juxta Ecclesie traditionem, atque consuetudinem Patrum, Theologorumque consensum præceptum habendum est, non simplex consilium &c.

Tria illa propter que homines, cum favor aliquis ab illis exquiritur, repulsam dare consueverunt, eadem sunt, propter que Deus votis nostris subscribit, & que ille tamquam essentialis orationis conditiones requirit.

Primum est, cum inmodica est petitio; cum ab hominibus ea petimus, que vires eorum excedunt, atque extra facultatem eorum posita sunt, jure nobis facere detrahant. Cum Deo aliter accidit, immo et contra ledit illam, si nugas, & exiles res, veluti bona temporalia, saltem eorum quædam exquiris. Vult ab ipso peti ea, que digna simplo, gratias, æternam felicitatem, omnes cælestes divitias, ac Dei ipsius possessionem. Peritiones nostre modum excedere nequeunt, quippe plura nobis promittit majoraque eis, que possimus exoptare. Alterum est, quod preces nostre nimis sollicitæ sunt, atque importunæ; qua in re sedulo cavendum nobis est, ubi cum hominibus agimus. Sed cum Deo neque sæpe nimis, neque nimis sollicitè petere possumus; illis enim dumtaxat gratias, favoreque suos concedit, a quibus serventur, atque summa cum eorum obtinendorum aviditate petuntur.

Tertio, cum incommoedo tempore petimus, & ille, apud quem laboramus, aures nobis adhibendi otium non habet, vel si res intentus est, que cum negotiis conciliari non possunt. Deus autem presertim semper est, ut nos audiat; qualibet hora, quovis momento illum interpellare possumus; ipse enim nos ad petendam excitat, ac inter cætera Apollolis hoc exprobravit, quod nobis quocumque forsâ obijcerit aliquando, illos nihil unquam ab ipso petissent.

Ad bene orandum tria requiruntur, quibus deficientibus preces nostre Deo acceptæ esse non possunt, atque metuendum est, ne ab eo rejectentur.

Primum: quibusam ille est, quem rogamus, & ad quem nobis confugiendum est favorem aliquid impetraturi. Deus est, suprema illa majestas, que nos audire dignatur; ideoque ad illum cum reverentia, profunda humilitate, miserie, extremeque paupertatis nostre confessione debemus accedere.

Alterum, quidam non eo petendum est; hoc ille nobis in oratione Dominica præcipit, quidquid ad illum quidem gloriam, nostram vero salutem pertinet.

Tertium: modus, quo petendum est, videlicet, cum confidentia, fervore, submissione, præsertim vero perseverantia.

Tria sunt mortalium genera, qui orationis virtutem minime experiuntur, atque illis viduatur fructibus, quos alii percipiunt. 1. Qui omnino non orant; & his probanda est orationis necessitas iis rationibus, quas in hoc tractatu memoramus. 2. Qui non petunt ea, que opus sunt, hi vero edocendi sunt, quod orandum sit, id nempe, quod salutem nostram respicit; neque enim defuit multa inutilia, & alia perniciosa, que nobis fecerunt nequaquam recipit Deus. 3. Qui non petunt, ut opus est; ac his aperienda sunt bona orationis conditiones, ut exaudiri mereantur.

1. Deus sæpe nostras preces exaudit, cum ea, que petimus, negat; ea enim petimus, quibus in ipsam æque, ac nos sumus abusuri. 2. Sæpe nos punit concedens illa, que poscimus, quia illis contra ejusdem utentes imperia, ea excidit, nostrasque calamitates inficitur instrumenta. 3. Nobis semper majora concessit illis, que poscimus, cum ea concedere differt, que nobis utilia sunt, quamvis enixe, & non sine conditionibus necessariis illa flagitemus.

1. Cura, qua a Deo petimus ea, quibus indiget anima, efficit, ut corporis quoque egellatibus ille consulat: *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis.* Matth. 6. 2. Submissio, qua a Deo petimus ea, que corpori nostro sunt necessaria, nec non temporalia bona, præstantissima ratio est obtinendi ea, que corpori simul, & anime necessaria sunt. Verum si ordinem invertamus, periculum est, ut neutra assuequamur.

Præcipue duas causas, propter quas ad orationem tenemur confugere.

Prima est, quod in egestate nati sumus sexcentis animæ, corporisque calamitatibus obnoxii, sexcentis periculis experti, sexcentisque cupiditatibus acti, & undequaque a visibilibus æque, & invisibilibus hostibus lacessiti; sine oratione quomodo tot hæc sustinerem, ac tuti vivere possumus?

Alterâ est, quod ad Deum confugimus, Deum nostri amantissimum, bonitatis plenum, ac semper subveniendi paratum.

Pro argumento, & partitione desumi possunt hæc Jesu Christi verba: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Usque modo non petitis quidquam in nomine meo: petite, & accipietis. Joann. 16. 1. Si quid petieritis Patrem, dabit vobis: hæc est orationis necessitas: 2. usque modo non petitis quidquam in nomine meo: hæc causa est, propter quam inutilis aliquando est oratio. 3. petite, & accipietis: hæc virtus est, & fructus orationis. Quid illam necessariam, quid inutilem, quid efficacem efficiat, hæc tres sunt hujus conclusionis partes.

Cur Deus preces nostras non audiat; atque hæc dux afferat possunt rationes. 1. Nescimus sæpe, quid petamus; opus est, Deum orationem nostram regere. 2. Sæpe nobiscum minime consentimus, neque a Deo cupimus obtinere id, quod ab illo implorare tenemur: hæc in re similes Sancto Augustino, antequam perfecte converteretur, qui a Deo continentiam petebat, ac monebatur, ne ab illo voti damnaretur.

De orationis necessitate. 1. Necessaria est, ut convertamur, si peccatores sumus; & sæpe ad eum statim redigimur, ubi non aliam, quam orationis gratiam habemus; qua si utimur, validiores, & magis immediatas obtinemus gratias. 2. Necessaria est, si in gratiæ statu sumus, ut tot inter pericula, tentationes, & prava exempla illam tueamur. 3. Necessaria est, ut in eo ad mortem usque perseveremus, ac finalem obtineamus gratiam, quam Deus passim orationi concedit. *Biron.*

1. Vult Deus orari; igitur intentionem habet, sinceramque voluntatem ea concedendi, que gloriæ quidem suæ, nostre vero salutis sunt profutura. 2. opus habet homo ad Deum per orationem confugiendi; igitur hoc præstare debet eo modo, quo illum flectere possit.

1. Vere velle oportet, quod petatur a Deo. 2. Deinde ea, que Deus vult, & quibus nos indigere scit, petere oportet.

O R A T I O .

NECESSITAS, VIRTUS, CONDITIONES ORATIONIS, &c.

M O N I T U M .



Ratio, qua Deo offertur, bisariam accipi potest: 1. tamquam eritutum, quod exhibetur Deo, laus, que illi deferitur, sermo, qui cum divina majestate ore habetur, vel corde; 2. tamquam petitio ad gratiam aliquam seu spiritualem, seu temporalem obtinendam; atque hæc in significatione ipse est de oratione loquendum, cum de oratione altero in sensu accepta, quatenus præter vocales, mentalesque preces complectitur etiam mysteriorum nostre religionis, æternarumque veritatum meditationem, ubi sermonem instituerimus. Hæc autem oratio, quatenus petitio facta Deo, a Salvatore præscripta, ac toties in Evangelio commendata, suas habet utilitates suasque peculiares leges, que ita latum morali disciplinæ, uti scilicet præceptis campum aperiant, ut concionatores latius excurrere, & plures etiam hujus argumenti sermones valeant elucubrari, copiosam istic suppellectilem afferemus; nullus enim sermo est vel inter Asceticos, vel inter Evangelicæ præcones, qui hoc argumentum non pertractaverit.

P A R A G R A P H U S P R I M U S .

Variæ Concisionum hujus Argumenti Structure.



Ratio atque efficax est, & necessaria. Hæc duo sunt de fide principia, que ipse Jesus Christus instituit, cum de hac re ad Apostolos suos sermonem habuit, pollicitus, nihil illis in ipsius nomine petentibus negatum iri; & deinde illos redarguens, quod hæc tenus turissimam hæc negligenter rationem omnes impetrandi gratias; quas optare possunt: videlicet psalm Dei Filius orationi perfectam impetratoris certitudinem adjunxit; *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Joann. 6. Atque orationis necessitatem confirmavit, discipulorum, suorum negligentiam exprobrans in praxi hujus rei, que tanta necessitatis est ad eas gratias obtinendas, quibus omnino indigemus; *Usque modo non petitis quidquam.* Hinc sermo

partitio potest hauriri. 1. virtus orationis omnem tollere debet querimonia; 2. orationis necessitas teporem nostrum calefacere debet, atque devotionis defectum dampnare.

Præ prima. Non loquimur istic de Oratione in latiori sensu desumpta pro quovis genere communicationis cum Deo; sed in sensu stricto pro signo, quemadmodum illam Sanctus Thomas appellat, quo Deo testatur rationabile desiderium aliquod ab illius largitate beneficium obtinendi. Omnes contra Deum querelæ ad tria capita rediguntur, que Dei filius evertere voluisse videtur ea virtute, qua orationi concessit. 1. Qui omnia desideria sua intra temporales necessitates coarctant, nonnumquam obmurmurant, quod ipsorum egestatibus divina providentia non satis consuluerit, &

quod

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.

XII.

Cue